Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Verba eum samuelis pertimescit. quia populus iudaicus
adodrchedon die noctuque contabescit. Robur eius
est in eo. quia ipse est in eo fidei et spei fortitudo.
Saul tota die illa panem non comedit. quia populus iu
daicus toto infidelitatis suae tempore refecti
one diuini uerbi ieiunat. SEQUITUR.
HEGRESSA est itaque mulier ad saul. cuiusdam
uitulus cui erat ualdee. diuique ad eum. Ecce obedi
ut ancilla tua uoci tuae. et posui animam meam
in manu mea. et audiui sermones tuos qos
locutus es ad me. Hoc igitur audi et tu uocem ancil
le tuae. et ponam coram te buccellam panis. ut co
medens ualescas. ut possis iter facere. Qui
renuit et ait. Non comedam. Coegerunt autem
eum serui sui et mulier. et tandem audita uo
ce eorum surrexit de terra. et sedit super lectum.
Mulier autem illa habebat uitulum pascualem in do
mo. et festinauit et occidit eum. tollensque fa
rinam miscuit. et coxit azima. et posuit ante
saul. Qui cum comedisset. surrexerunt et am
bulauerunt per totam noctem illam.
MULIER ad saulem ingreditur. quae uaul
de commbat. quia heresis populi iudaicum in
habitando cum eo moratur. qui aucta leticia
diuinae caritatis expers alienatur. Ecce in
quit ancilla tua uoci tuae obediuit. quia falla
cia mea tuae pfidiae consentit. Animam meam
in manu mea posui. quia salutem animae meae in
presumptione pprae sapientiae deposui. Sermo
nes tuos quos locutus es ad me audiui. quia
pfidiae tuae eueniemia mendacia efficiei. Hoc
igitur audi et tu uocem ancillae tuae. obtempando in
omnibus seductionem meae doctrinae. Ponam coram
te buccellam panis. quo in fel aspidum euersum
reficiaris. ut comedens ualescas. ut et mea fal
lacia ad tuam pfidiam inardescas. Vt possis iter
facere. ut de malis ad pessima possis pungere.
Saul cibum renuit. cum populus iudaicus in his quae sal
uantur puersitatem hereseos refugit. Serui et mu
lier saulem cogunt. quia ignorantia dei et sui. et
pusitas hereticae prauitatis. populum iu
daicum ad mortem impellunt. Tandem
de terra surgit. et super lectum sedet. dum per
carnalem litteram intelligentiam in sua
carnalitate se confouet. Mulier in do
mo habet uitulum pascualem. quia heresis
apud se remanet delectationem carnalem.
Festinat et eum occidit. quia nec flos temporis
eum praeterit. omnem se carnis iocunditate
exsaciat. Coronemur inquiunt nos rosis.
antequam marcescant. nec praeterit nos flos
tempis. Nullum sit pratum. quod non pertranseat luxu
ria nostra. Mulier farinam tollit. et eam com
misceat. dum legis et pphae doctrinae heere
sis suae pfidiae impicatem admisceat. Azima
coquit. quia iudaicum pascha heresis dispo
nit. Ante saul et seruos eius ponit. quia her
sis legem carnalem obseruantibus. cibum mor
tis refectionem proponit. Comedunt et sur
gunt. quia per carnalis doctrinae refectionem.
ad impicatem suae pfidiae eualescunt. Per
tam noctem illa ambulant. quia omnis legis ob
seruatores. in suae pfidiae cecitate. aueri sa
lutis lucem caligant. SEQUITUR.
CONGREGATA sunt igitur phyli
stim uniuersa agmina in afech. ut isrl
castra metatus est. super fontem qui erat in ichra
hel. et satrapae quidem phylistim incede
bant in centuriis et militibus. David autem et
uiri eius erant in nouissimo agmine cum
achis. Decursusque principes phylistim. ad
achis. Quid sibi uolunt hebrei isti. et ait
achis ad principes phylistim. Num igno
ratis dauid. qui fuit seruus saul regis israel.
et est apud me multis diebus ul annis. et non in
uenio in eo quicquam. ex die qua transfugit ad me.
usque in diem hanc. Irati sunt autem adversus eum
principes phylistim. et dixerunt ei. Reuertat
ur. et sedeat in loco suo. in quem constituisti eum.
et non descendat nobiscum in pelium. ne forte

Cap. XXIX.